gumētū fuit tāte difficultatis ꝙ nihil p̄ter deū
potuit istas extremitates vnire. Job. ix. Non
est qui vtrūqꝫ valeat arguere ⁊ ponere manū
in ambobꝰ. Et exponit̃ de deo ⁊ hoīe ſm glo.
Sꝫ sicut dicit̃. Gen̄. xxxj. Respexit deꝰ ⁊ arguit
¶ Scḋm argumētū fecit xp̄s in sua ꝯuersatio-
ne. ⁊ vult ꝙ nos idē faciamꝰ. Huiꝰ argumēti cō
clusio est de necessitate. Oīs pseuerāter bn̄ vi-
uēs erit btūs. Istā ꝯclusionē q̄ ē de necessario
vult ꝙ ꝯcludamꝰ ꝑ istā regulā. Maiori ꝺ neces
sario: ⁊ miori ꝺ iesse ⁊c̄. Vite eñ meritorie ps ē
duplex: videlicꝫ ꝯtēplatiua: ⁊ actiua. Cōtēpla-
tiua ē maior ⁊ mior ſm sctōs. Cōtēplatiua ē de
necessario: q̄ꝛ etn̄a. Inchoat̃ eñ in hac vita: et
ꝯtinuat̃ vlteriꝰ in futura. Actiua est de inesse
q̄ꝛ nō ꝑtinet nisi ad vitā tp̄alē ⁊ corꝑalē q̄ nunc
instat: ergo si maior ꝑs vite nr̄e fuerit data ꝯtē
plationi: ⁊ minor ꝑs vite nr̄e fuerit data actio-
ni vtili circa ꝓximos: sequitur conclusio neces
saria in vitā eternā. Istā siītudinē qua ꝯtem-
platiua est de necessario ⁊ vita actiua est de in-
esse: habemꝰ a saluatore. Luc̄. x. vbi de hac vi-
ta duplici sꝫ figura duarū sororꝝ loquit̃: volēs
ꝑ Mariaꝫ vitā figurare ꝯtēplatiuā: ⁊ ꝑ Mar-
tham vitā actiuā. Loquēs eñ de Martha di-
cit sic. Martha martha: sollicita es ⁊ turbaris
erga plima. Ecce q̄ꝛ est de inesse. Sed certe de
ꝯtēplatiua sbiūgit. Porro vnū est necessariuꝫ.
Ecce ꝙ ꝯtēplatiua ē de necessario. Vn̄ sequit̃:
Maria optimā ꝑtē elegit q̄ non auferet̃ ab ea.
Istud argumētū tetigit ꝓpheta qn̄ dicit. Aba
chuc. ij. Contēplabor vt videā q̄d dicat̃ mihi ⁊
q̄d respōdeā ad arguentē. ¶ Tertiū argumē-
tū faciet xp̄s in finalis iudicij declaratiōe. Cō-
clusio erit ista. Nullus malus finalit̃ erit bea-
tus. Et ꝯcludet̃ ꝑ istā regulā. Si affirmatio e
cā affirmatiōis: ⁊ negatio erit cā negatiōis. S
cut eñ ꝺꝛ Math. xxv. xp̄s in iudicio sic argu-
et quo ad bonos. Esuriui ⁊ dedisti mihi mādu
care. Sitiui ⁊ dedisti mihi bibere. Hospes erā
⁊ collegistis me. ⁊ sic de alijs. Et certe ex istis af
firmatiōibꝰ sequit̃ ista ꝯclusio affirmatiua. Ve
nite bn̄dicti patris mei ⁊c̄. Et q̄ꝛ iste affirmatio
nes sunt cause precise predicte affirmationis.
Ideo opposite negationes erunt cause opposi
te negationis. Vnde statim sbiūget ꝯ malos
sic. Esur. ⁊ nō. d. mihi mā. Siti. ⁊ non. d. m. bi.
Hospes erā. ⁊c̄. ꝗ ꝯcluder: Discedite a me ma-
ledicti in ignē eternū. q̄ ⁊c̄. Et isto t̃ribili argu-
mēto loquit̃ ꝓpheta. Esa. ij. Iudicabit gentes
⁊ arguet ꝑplos multos. Et ip̄emet xp̄s Ezech.
xxv. Faciā in eis vltiōes magnas arguēs ī fu-
rore. Et ideo dic̄ p̄s. Dn̄e ne ī furo. tuo. ar. n.
in ira t. ⁊c̄. ¶ Lectio. CX

P(p)Roposui ergo hāc
adducere mihi ad ꝯuiuēdū: sciēs quo
niā mecū cōicabit de bonis, ⁊ erit allocutio co-
gitationis ⁊ tedij mei. Hec est scḋa ps p̄ncipal
huiꝰ ca. in qua Salo. ꝓsequēdo ꝑabolicā fictio
nē de nuptijs ꝯtrahēdis cū sapiētia spōsa sua:
Postq̄ ostēdit ip̄am puellā fore amabilē ⁊ gra-
tiosam: hic ostēdit dotē cuꝫ ea recipiendam fore
valde desiderabilē ⁊ p̄ciosā. Hoc eñ ē vnū qḋ
a viris nubētibꝰ p̄cipue pōderat̃. Et circa istḋ
tria facit. Primo eñ circa istas spirituales nu-
ptias enarrat sue intentionis voluntateꝫ. Se-
cundo sue intentionis vtilitatem. Tertio sue
intentiōis operositatē. Multi eñ hn̄t bonā in
tentionē sed nō sūt oposi ad ꝓducendū euꝫ ad
effectū: sed segnes potiꝰ ⁊ desidiosi. Scḋa pars
ibi: sciēs qm̄ mecū cōicabit. ⁊ tertia ibi: hec co-
gitās apud me. ¶ Quātū ad p̄mū ꝯcludit ex p̄-
cedētibꝰ ita dicēs ꝙ sapiētia est amabilis ⁊ gra A
tiosa ꝓpter septē p̄rogatiuas de ea expositas.
¶ Proposui ꝗ hāc adducere mihi ad ꝯuiuen-
dū. nec mirū. Nihil est eñ tā ꝓpriū amicorꝝ sic̄
ꝯuiuere ſm Arist. viij. Ethicorꝝ. ⁊ si in oī specie
amicitie hꝫ est verꝝ maxime tn̄ in illa amicitia q̄
est vel esse debet inter virꝝ ⁊ vxorē q̄ adinuicem
ex ip̄o iure mr̄imonij cohabitare tenent̃. Alia
lr̄a habet ad ꝯuiuādū. Vn̄ glo. istā exponens
de sapiētia increata dicit sic. Populꝰ dei com-
munionē sapiētie. i. xp̄i se habere gaudet: ⁊ in
amplexu eiꝰ delectat̃ q̄ ait. Si q̄s mihi aperue-
rit intrabo ad illū ⁊ cenabo cū illo ⁊ ille mecū.
Apoc. iij. Est ergo sensus si exponat̃ de sapi-
entia creata q̄ est donū: ꝓposui hāc adducere
mihi ad ꝯuiuādū. q̄si diceret vt faciā ei ꝯuiuiū
vt inuicē epulemur. Solēt eñ ⁊ ī nuptijs spō-
sus ⁊ sponsa inuicē epulari. Math. xxij. Ecce
prādiū meū paraui. Tauri mei et altilia occisa
⁊ oīa ꝑata sūt: venite ad nuptias: sic ꝗ patet in
tentiōis sue volūtas. Scḋo sbiūgit̃ eiusdē intē
tionis vtilitas q̄ est valde multiplex. Nā q̄ pōt
sibi sapientiā copulare vtilitates: siue fructꝰ et
excellētias octo dotis noīe ꝯsequet̃. videlicꝫ cō
municationē bonorꝝ. Alienationē tediorꝝ. In
ꝑplis venerationē. In iudicijs discretionē. In
ter nobiles maiestatē. Post hāc vitā imortali-
tatē: Dignitatē r̃gimis in p̄sidētia. Iocūditatē
solaminis in cōsciētia. Et ſm istas octo excellē-
tias hꝫ lr̄a ista octo ꝑtes. Scḋa ibi: ⁊ erit allocu
tio. Tertia ibi: habebo ꝑ hāc claritatē. Quar-
ta ibi. Iuuenis ⁊ acutꝰ inueniar. Quinta ibi.
⁊ in ꝯspectu potentū. Sexta ibi: p̄terea habe-
bo: Septīa ibi: disponā ꝑplos ⁊ natiōes. Octa-
ua ibi. Intrās in domū meā. Dicit ꝗ sic: Ideo
ꝓposui mihi sapiētiā copulare sciens me cū ea
p̄ciosa munera receptuꝝ ī dotē. Scio eñ in p̄-
mis qm̄ mecū cōicabit in bonis. Hꝫ etiā iustū ē:
vt viro ⁊ vxori oīa sint cōia cū sint duo in car-
ne vna. Gen̄. ij. Et bn̄ dic̄ absolute ꝺ bonis. nō
dic̄ de p̄dijs vl̃ redditibꝰ vl̃ maneriebꝰ vl̃ tha-
muri q̄ oīa trāsitoria sūt ⁊ caduca. Sꝫ de vere
bonis ꝟtutibꝰ ⁊ gratijs ⁊ p̄mijs ꝑhennit̃ ꝑmā-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-277/0264
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG